



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Exercitivm Divinvm De Praesentia Dei

Arias, Francisco

Herbipoli, 1612

Incitamenta Ad Saepe & deuotè communicandum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50314](#)

quantumuis vrgearis cogitatio-
num procella.

XIII. Otium execrare , fu-
ge ante omnia. semper quid o-
peris habe.

INCITAMENTA AD SAE-
pe & deuotè communi-
candum.

I. Quid obsecro dices , si
Princeps , si Rex , si Imperator ,
te inuisum veniret ? an non præ-
cordia exultarent gaudio ? imò
quid faceres , si ipse Principum ,
Regum , Imperatorum , Ange-
lorū omnium author & guber-
nator Deus ? nunquid cum Elisa-
betha in hæc verba prorumpe-
res : Vnde mihi hoc , vt Domi-
nus meus veniat ad me ? cum
Zacharia : Benedictus Domi-
nus D e v s I s r a ē l . cum Vitgine
Maria :

Maria: Magnificat anima mea
Dominum.

II. Mirabatur Daniel adlatum per aërem cum cibo Abacuc: en nobis maior obtigit angelica ope felicitas : suam namq; edendam carnem ipse Christus præbet, vt in suam nos diuinitatem , & in nostram se substantiam quodammodo transmutet.

III. Parùmne arbitramini mortales , vos Spiritus sancti domicilium fieri , vos Angelorum thronum per Eucharistiam constitui? Triumphabat Salomon , quod consecratum Deo téplum conficeret ; quo ergò vobis gestiendum gaudio , qui ipsum Dei templum , addite si placet , cœlum , & tabernaculum efficimini?

IV. Offertur vasculum reliquijs plenum ; acceptas lætabundus , suspicis , veneraris , colis ,

Teip-

Te ipsum post sumptam Synaxin intuere; tuum disquire peccatum, intimis visceribus conclusam reperies Christi carnem, sanguinem, Diuinitatem. Nullæ his reliquijs maiores, & eorum receptaculum factum nondum miraris?

V. Frequenter communicasse Martham primùm agis ac Magdalenam: Christum enim hospitio excipis. Dein sepulchrum representas: tuo enim pectore Christus conditur. Hospicio excipis immortalem, pectore condis viuum: felicior hoc nomine Martha ac Magdalena, felicior sepulchro. **V**in plura? paradysum refers. Vbi enim Christus est, paradysus est.

VI. Quicquid meritorum, quicquid gratiæ, virtutis & beatitudinis cum Christi humanitate

214

tate coniunctum est, id omne,
Christo percepto, percipis.

VII. Iacob primogeniti fra-
tris, tunica vestitus, paternam
meruit benedictionem: homo
per communionem Christo in-
dutus, æternam obtinet hæredi-
tatem.

IX. Quanti facere oportet
at cœlestem panem rogas? Ad
has epulas inuitat Deus, in-
uitatis ministrat Deus,
qui edit fit filius Dei,
atque adeò di-
uinus.



D. Ber-